



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Redimendi cum eadem moneta. parag. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

reddita facile consumitur, &c. Ita in casu Censu, &c.

a Nav. in comment. de Vsur. n. 78. 3. Non approbo *a* Navarrum dicentem in hoc pacto: ut illud sit licitum, debere pretium Censu augeri: non approbo, inquam, quia hoc pactum est imbitum in ipso contractu Emptionis, ut scilicet, qui velit eandem rem, quam vendidit, redimere, totum pretium offerat, sicut totum obtulit, qui emit.

b Lopez l. 1. de contr. c. 59. Garfia. de contr. c. 28. contra Bannes, alioque. 4. Rectè autem Lopez *b*, alique norant, Censum posse emi cum ejusmodi pacto, etiam post Bullam Pii V. quia Pius id nunquam prohibuit. Illud tamen fateor, si alicubi sit legitima consuetudo, vel lex Municipalis, ut redimatur per partes, esse servandam si non appareat clarè injusta, quia leges, & consuetudines justæ semper sunt observandæ.

c Lessus l. 2. c. 22. n. 73. Mol. l. c. 6. Denique ex ratione hujus primi dicti inferri facile potest, etiam si pactum redimendi totum simul non præcesserit; tamen totum simul; & non per partes esse ex se Censum redimendum, quia, ut dictum est, id postulat ipsa natura retrovenditionis.

d Nav. in comment. de Vsur. n. 101. Summa Cor. 2. p. trac. de Cens. n. 13. Cr. 16. Montalin. in lucerna anima c. 18. §. 6. n. 14. e Montal. l. c. f Less. l. 2. c. 22. dub. 8. 6. Dico Secundo, posse nihilominus poni pactum, ut possit redimi per partes, & id solum declaraverit Martinus, & Callistus, dum contractus Censu continentem hoc pactum approbaverunt; non enim reprobant, si hoc non contineret. Ratio est, quia non apparet, undè id sit illicitum, cum sit in favorem Venditoris, cui rationabile est favore, ut potè, qui subeat onus solvendi pensionem quotannis.

7. Multi Doctores *d* putant absolutè posse Censum redimi per partes notabiles, ut per medietatem, per tertiam, per quartam, &c. non autem per partes minimas, & quidem Romæ sic fieri dicit Montalinus, *e* Sed certè id, si ita est, confirmat, quod modo diximus, servandam esse legitimam consuetudinem.

§. VII.

Pactum de redimendo cum eadem Moneta.

1. Quoad pactum de redimendo cum eadem, vel cum diversa moneta, nihil occurrit dicendum præter id, quod latè docet Lessus. *f* nimirum per se, & abstrahendo ab ali-

quo lucro cessante, non licere, si afferre eandem, vel diversam sit novam gravamè, quod aliundè non recompenferur, quia satis est Venditori, si justa, & æquivalenti moneta retrovendat.

2. Quod si gravamen aliundè compense- tur, vel sit æquale periculum, quod crescat, vel decrescat valor moneta, tunc licere etiam in terminis Bullæ Pii V. quia est novus contractus sortis, mihi dubium non est, legique potest Delugo. *g* Addit *h* Bonac. Censum ex- *g* *Delugo* ringui posse, etiam aliis rebus, quibus tamen *h* *Delugo* Censuista contentus sit, loco pecuniæ; idque *h* *Delugo* etiam post Bullam Pii V. quia Pontifex, esto *i* *Delugo* voluerit numeratam pecuniam in constitu- *i* *Delugo* tione Censu, de qua tamen re inferius di- *i* *Delugo* cam, tamen in constitutione id solum voluit. *j* *Delugo* se, non in extinctione, tenendum est. Atque *j* *Delugo* hæc de ejusmodi pactis ex natura ipsorum li- *k* *Delugo* citis. Videamus nunc, an adsint aliqua leges *k* *Delugo* in contrarium.

CAPUT V.

De Constitutionibus Pontificiis circa Censuum creationem.

Quinque Pontificum Bullæ, qui de hac re disposuerunt, sunt hic præcognoscendæ.

MARTINUS V. & CALLISTUS III.

Primo enim Martinus V. & secundo, non multo post, idem, quod Martinus, approbavit Callistus III. per Constitutiones, quæ habentur in titulo de Emptione, & Venditione inter Extravagantes. Sed, quia hi Pontifices non requirunt eas condiciones in suis Bullis appositæ & ad Justitiam Censu, sed solum declarant, Censu cum illis conditionibus creatos, esse licitos, ut sentit Mol. *i* (quicquid dicat *i* *Mol. d.* Navarr. *k*) ideo de his non est, cur fufius sit *l* *Mol. d.* nobis agendum. *l* *Mol. d.*

NICOLAUS V.

2. Tertio, Nicolaus V. anno 1452. ad pe- *m* *de Vsuris* titionem Alphonfi Primi Regis utriusque Si- *n* *72.* ciliæ edidit circa constitutionem Censuum in illis Regnis Bullam requirentem quatuor condiciones, sed de hac Bulla latè mox, ut potè